DIE VI. OCTOBRIS.

IN FESTO

SANCTAE MARIAE FRANCISCAE

A QUINQUE VULNERIBUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI VIRGINI

Duplex Min.

Introitus. Gal. c. II. v. 19.

Christo confixus sum Cruci : vivo autem jam non ego: vivit vero in me Christus.

Psalm. 41. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Glori Patri etc.

Oratio

Deus, qui Beatam Mariam Franciscam Virginem imaginis Filii tui Crucifixi conformem fieri voluisti; ejus nobis meritis et intercessione concede, ut in eamdem imaginem transformati in terris, glorificari cum ipsa mereamur in cælis. Per eumdem etc.

Lectio Libri Sapientiæ.
Cant. 3. et 8.

Surgam, et circuibo civitatem: per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni. Inve nerunt me vigiles, qui custo diunt civitatem. Num quem d ligit anima mea vidistis? Pa lulum cum pertransissem eo inveni quem diligit anima mea tenui eum, nec dimittam, done introducam illum in domum m tris meæ, et in cubiculum ge nitricis meæ. Adjuro vos, fili Jerusalem, per capreas cervo que camporum, ne susciteti neque evigilare faciatis dil ctam, donec ipsa velit. Pone m ut signaculum super cor tuun ut signaculum super brachiu tuum; quia fortis est ut mo dilectio, dura sicut inferm æmulatio: lampades ejus, lan pades ignis, atque flammarun Aquæ multæ non potuerunt e tinguere charitatem, nec fl mina obruent illam : si dede homo omnem substantiam d mus suæ pro dilectione, qua nihil despiciet eam.

Graduale. Psalm. 83. C meum, et caro mea exultave runt in Deum vivum.

℣. *Psalm. 72.* Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram ? Defecit caro mea, et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Alleluja Alleluja.

℣. *Cant. c. V. v. 5.* Surrexi ut aperirem Dilecto meo: manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Allel. *et* ℣. *seq. dicitur sequ.*

Tractus Cant. c. VII. v. 10. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus.

℣. *Cant. c. II. v. 4.* Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.

℣. *Cant. c. II. v. 5.* Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Tempore Pasch. Allel. Allel.

℣. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. Alleluja.

℣. *Psalm. 44.* Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Alleluja.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.
Matth. c. XXV.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro; quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: et quæ paratæ erant intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

Secreta

Huic cælesti convivio fac nos, Domine, vigilantes in fide,

ac nuptiali charitatis veste indutos accumbere, qui Beatam Mariam Franciscam Virginem tuam et vigilantem invenisti, et venientem Tibi obviam cum lampadibus ad cælestes tuas nuptias assumpsisti. Qui vivis etc.

Communio. Zach. 9. Quid enim bonum ejus est, aut quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?

Postcommunio

Angelorum pane nutriti, supplices te, Domine, deprecamur, ut qui Beatam Mariam Franciscam Virginem tuam familiari Angelorum consuetudine decorasti; ipsius pia intercessione, angelicis facias nos moribus vivere, et ab omnibus malorum spirituum insidiis liberari. Per Dominum etc.

NEAPOLITANA

Quum pietas erga Sanctam Mariam Franciscam a quinque Vulneribus Domini nostri Jesu Christi virginem non solum Neapoli, sed etiam in tota Neapolitana ditione maxime increbuerit postquam maioribus Coelitum honoribus An. 1867, a Sanctissimo Dno Nostro Pio Papa IX. insignita ipsa fuit, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Xystus Riario Sforzia Archiepiscopus Neapolitanus, nec non alii eiusdem Ditionis Rmi Archiepiscopi et Episcopi ad satisfaciendum devotioni et votis populi sibi commissi eumdem Sanctissimum Dominum Nostrum humillime exoroverunt, ut praefatae Sanctae Festum in universo Neapolitano Regno sub ritu duplici maiori recoli valeat cum Officio iam adprobato, additis Oratione in Officio, et cum Missa integre propria, quarum approbationem modo petebant. Ipsorum outem preces relatae quum fuerint subsignata die in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis ad Voticanum habitis ab Emo et Rmo Domino Cardinali Joanne Baptista Pitra Ponente, Emi ac Rmi Dni Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi rescripserunt: Pro gratia; sub ritu tamen Duplicis minoris, et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.

Expleta autem per eumdem Cardinalem Ponentem, et R. P. D. Petrum Minetti sanctae Fidei Promotorem requisita revisione, Sacra eadem Congregotio indulsit, ut Festum Sanctae Mariae Franciscae a quinque Vulneribus Dni Nostri Jesu Christi recoli raleot in universo Regno Neapolitano die VI. Octobris sub ritu duplici minori cum Officio in eiusdem Sanctae honorem approbato die 5. Septembris An. 1867, addita tamen in Officio supradicta Oratione propria, et cum Missa pariter propria, prout extat in Exemplari huic Decreto praevio. Servatis Rubricis. Die 4 Februarii 1871.

Adest Sigillum

C. Epus Ostien. et Velitern. Card. Patritius S. R. C. Praefectus.
D. Bartolini S. R. C. Secretarius.



Ex Typographia in Ædibus Archiepiscopalibus.

V Aprilis

B: Julianae Vir: S: Nuncupi

(Missa, Dilexisti)

Deus!

Deus humilium celsitudo, qui beatam Virginem Julianam ad promovendum SS. Sacramenti cultum mirabiliter inflamasti: tribue quaesimus; ita nos humilitatis ejus vestigia sectari in terris; ut cum ipsa sublimari mereamur in coelis. Per Dominum-

---

DIE V APRILIS

IN FESTO

Beatae Julianae virginis sanctae nuncupatae — Duplex —

— Omnia de Comm. Virg: praeter sequentia. —

Missa Dilexisti fol. XX

Oratio

Deus humilium celsitudo, qui beatam Virginem Julianam ad promovendum SS.mi Sacramenti cultum mirabiliter inflammasti: tribue quaesumus, ita nos humilitatis ejus vestigia sectari in terris, ut cum ipsa sublimari in coelis. Per Dominum Nostrum